Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



i80
184

non quomodo mundus dat ego do uobis quid est aliud
nisi non quo homines dant qui propter ea sibi dant
pacem ut sine molestia non dō sed amico suo mundo
perfruantur. Non turbet cor uestrum neque for
mid et audistis quia ego dixi uobis uado et uenio ad uos
et reliqua; hinc ergo turbari et formidare poterat cor
illorum quo ibat abeis. quamuis uenturus ad eos ne for
sitan gregem lupus In hoc interuallo In uade re et pasto
ris absentia sed a quibus homo abscedebat dī non relinq;
bat. et idem ipse xpī homo et dī. ergo et ibat per id quod
homo erat et manebat per id quod dī erat. Ibat per id quod
uno loco erat. manebat per id quod ubiq; erat; Si diligere
tis me gauderetis utique ie quia uado ad patrem quia
pater maior me est; per quod ergo filius non est aequa
lis patri per hoc erat iturus ad patrem per illud autē
in quo est. aequalis gignenti unigenitus numquā recedit
a patre forma quippe serui accessit non formā dī recessit.
hac est ad sūpta non illa consumpta propter hanc dicit pa
ter maior me est propter illam uero ego et pater unum
sumus; Agnoscamus geminam substantiam xpī. diuinam
scilicet qua aequalis est patri humanam qua maior est pat
utrumque autem simul non duo sed unus xpī. ne sit quat
nitas non trinitas dī sicut enim unus est homo anima
rationalis et caro sic unus est xpī dī et homo. hac per hoc
xpī est anima rationalis et caro in his omnibus xpm
in singulis confitemur; quis est ergo per quem factus est
mundus xpī ihī sed in forma dī quis est sub pontio pilato
crucifixus xpī ihī sed in forma serui; et nunc dixi uobis
priusquam fiat ut cum fuerit factum credatis. et rtq:
Quid sibi uult hoc non nepotius dicendum fuit et nunc
dixi uobis prius quam fiat ut credatis quae fa(cum)ctum
fuerit credatis. illud enim dicit cum factum fuerit
quod eum post mortem uisuri erant uiuentem et ad pa
trem ascendentem quo uisu illud fuerant credituri.
quod ipse esset filius dī. qui potuit hoc facere cum pre
dixisset et predicare antequam faceret. Deinde quid
dicit Iam non multa loquor uobis cum uenit enim
princeps mundi quis nisi diabolus et in me non inuenit